UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni. Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia colit ac veneratur.||

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Co[n]ciliu[m] Toletanu[m] primu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-72934

Visual Library

deliſſima(ſi fieri poteſt)intra octauas defuncti ſub diligentia pn̄tis ep̄i pagatur. Dehinc ad
metropolitani notitiā habita ordinate diſtrictio deferat,vt eius electione talis pſona ordi
nādę domus eccleſiaſticæ procuret,q̄ vel cōſueta clericis ſtipēdia diſpēſet,& creditarꝝ ſibi
rerꝝ(ſi forſitan tarditas in epiſcopo ordinādo ſucceſſerit)metropolitano cōgruis tēporibꝰ
reddere poſſit rationē,vt ſub hac ſalubri cōſtitutōe clerici ſtipēdijs ſuis omnino contenti
labores nō diripiāt ep̄i decedētis,& in vacuā eccl'iæ domum futurus pōtifex nō ſine dolore
ſuccedat,ſed magis de p̄deceſſoris ſui dimiſſo poſſit & ipſe gaudere,& alijs miniſtrare.
III. ¶Simili quoqꝫ modo parentibus & propinquis decedentis ep̄i,ſi inteſtatus obierit A
denunciet,vt ſine metropolitani vel cōprouincialiū ſacerdotū cōſciētia,nihil de rebus de-
functi occupare ptentēt,ne forte cū hæreditarijs rebus etiā aliqua ad eccleſiā ptinentia vel
pmixta vſurpēt,ſed vſqꝫ ad ordinationē futuri expectēt ātiſtitis,aut certe(ſi lōgū fuerit)ad
metropolitani(vt dictū eſt)ordinationē recurrāt.Si quis aūt cōtemptor diuini timoris cō
tra hæc ſctā ſynodica clericus quiſqꝫ vel laicus venire iproba mente tētauerit,& cōione &
cōſortio priuet eccleſiæ,quia durū eſt vt ad illā cōueniat quā expoliare nō metuit,niſi forte
ſpū meliore correptus dū à p̄ſumptione ceſſauerit,recuperet indulgētiam.Si aūt rationabi
liter modeſtæqꝫ vnuſquiſqꝫ repetit quod ſibi iure debetur,ei abſqꝫ aliqua animaduerſione
à metropolitano vel cui iniunxerit,aut res,aut ratio non negetur.Hos aūt oēs cōſtringūt,
qui tam in præteritum q̄ in futurum res eccleſiæ vel ep̄i vſurpātes diripuerint.
IIII ¶Illud etiā prouido cōſilio decernētes,vt quia ſæpe ſanctorꝝ antiſtitū p abſentiam B
commēdatoris ep̄i exequiæ differunt,ita vt venerāda pontificis mēbra dum tardius fune
rant iniuriæ omnino ſubiaceāt,ep̄s qui poſt mortē fratris ad ſepeliēdum eū ſolet inuitatus
occurrere infirmū magis & adhuc in corpore poſitū admonitus viſitare nō differat,vt aut
de reuelatione ſacerdotis amplius gaudeat,aut certe de ordinatōe domus ſuæ fratrem ad-
moneat,eiuſqꝫ pbabilē voluntatē in effectū tranſmittat ac recedentē à ſeculo oblatū i eius
cōmēdatione ſacrificiū deo offerēs mox ſepulturæ tradat diligētiſſime & ſupius conſtituta
canonice nō differat adimplere.Si aūt(vt fieri ſolet)antiſtes repentino obitu deceſſerit, &
collimitanei ſacerdotes de longinq̄ minime adeē potuerint,vno die tm̄ cū ſua nocte exani
matū corpuſculū ſacerdotis maneat,nec ſine fratrꝝ ac religioſorꝝ frequētia, vel pſallentiū
excubatōe ſeruatū,à p̄bris cū om̄i diligētia in loco cōditū ſeorſum nō ſtatim humet,ſed ho
norifice cōmendet,donec ſine mora inuitato vndecūqꝫ pōtifice ab ipſo(vt cōdecet) ſolē-
niter tumulet,vt & iniurię tollat occaſio,& mos antiquus i ſepeliēdis ſacerdotibꝰ obſeruet.
V. ¶Hoc etiā placuit,vt vagus atqꝫ inſtabilis clericus,ſiue etiā in diaconi miniſterio vl' C
p̄bri officio cōſtitutus,ſi ep̄i à q̄ ordinatus eſt p̄ceptis nō obedierit,vt in delegata ſibi ec-
cleſia officiū depēdat aſſiduū q̄ vſqꝫ in vitio pmāſerit,& cōmunione & honore priuetur.
VI. ¶Vt nullus alienū clericū ſecundū decreta canonū ſine cōſenſu ep̄i ſui audeat ordi- D
nare,ſed nec vllū ſctōrꝝ ſacerdotū quiſpiā ordinet,qui localē ſe futurꝝ primitus nō ſpopō-
derit,vt p hæc nullus à regula vel diſciplina eccleſiaſtica deuiare pmittat impune. Celſiuus
in Chr̄i noīe ep̄s ſubſcripſi.Setabius ep̄s ſubſcripſi.Benagius ep̄s ſubſcripſi,Ampelius epūs
ſubſcripſi,Salluſtius archidiaconus vicarius dn̄i mei Marcelli epiſcopi ſubſcripſi.

Incipiunt capitula concilii Toletani primi.

¶De p̄bris & diaconibus ſi poſt ordinationē filios genuerint. 1
¶Vt pœnitens(ſi neceſſitas cogat) lector aut hoſtiarius fiat. 2
¶De his qui viduas acceperit,ne diaconi efficiantur. 3
¶Vt ſubdiaconus ſi defuncta vxore aliā duxerit,hoſtiarius fiat. 4
¶Vt ſi cuiuslibet ordinis clericus tardius ad eccleſiā venerit deponatur. 5
¶Vt religioſa puella virorum familiaritatem in domo non habeat. 6
¶Vt clericus cuius vxor peccauerit preter necem poteſtatē habeat diſtringendi eam, & cū ea cibum non ſumat. 7
¶De eo qui poſt baptiſmū militauerit, vt ad diaconatū non pmittatur. 8
¶Vt nulla profeſſa vel vidua abſente ſacerdote in domo ſua ſacerdotale officiū vel lucernale impleat. 9
¶Vt nullus obligatum cuiquam abſqꝫ conſenſu domini vel patroni clericum faciat. 10
¶Vt ſi quis potentum expoliauerit quemlibet & admonēte epiſcopo non reddiderit excōmunicetur. 11
¶Vt nullus clericus ab epiſcopo recedat & ad alium ſe tranferat. 12
¶De his qui eccleſiā intrant,& nō communicant,vt excommunicētur 13
¶De eo qui acceperit Euchariſtiam, & non ſumpſerit,vt ſacrilegus repellatur. 14
¶De his qui excommunicantur à ſacerdotibus,vt nullus ad eos accedat. 15

¶Vt deuota ſi adulterata fuerit decem annos pœniteat, ſi maritum duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, niſi maritus deceſſerit 16
¶De eo qui vxorem habet, ſi concubinam habuerit, non communicet 17
¶Si vidua Epiſcopi, presbyteri, vel diaconi maritum acceperit 18
¶Si ſacerdotis, vel diaconi, filia religioſa peccauerit, in fine tantum communicet. 19
¶Vt nullus præter Epiſcopum chryſma conficiat. 20
¶De regulis fidei Catholicæ contra Priſcilianos. 21

Incipit Concilium primum Toletanum: decem & octo epoꝝ tpe Honorij & Archadij Stilicone conſule habitum.

E CONVENIENTIBVS EPISCOPIS IN ECCLESIA TOleto, id eſt, Patrono, Marcello, Alitiano, Aphrodiſio, Iocundo, Olympo, Seuero, Aſtutio, Helario, Lampadio, Euſtochio, Exuperãtio, Sereno, Floro, Leporio, Aureliano, Lampiode Gallia, Lucentio. His conuentus municipijs Celenis actus eſt, iſti ſunt qui in alijs geſtis aduerſus Priſcilliani ſectatores, & hæreſim quam aſtruxerat libellarem dedere ſententiam. Conſidentibus presbyteris, aſtantibus diaconibus, & cæteris qui intereant concilio congregatis patronus epiſcopus dixit. Quoniam ſinguli cępimus in Eccleſijs noſtris facere diuerſa, & inde tanta ſcandala ſunt, quæ vſq; ad ſchiſma perueniunt, ſi placet communi concilio, decernamus quid ab omnibus epiſcopis in ordinandis clericis ſit ſequendum. Mihi autem placet conſtitutum primitus Nicæni Concilij perpetuo eſſe ſeruandum, nec ab hoc eſſe recedendum. Vniuerſi epiſcopi dixerunt, hoc nobis placet, ita vt ſi quis cognitis geſtis Nicæni Concilij aliud quàm ſtatutum eſt facere præſumpſerit, & non in eo perſeuerandum putauerit, tunc excommunicatus habeatur niſi per correptionem fratrum emendauerit errorem.

Capitulum Primum.

F ¶Placuit, vt diacones ſi vel integri, vel caſti ſint, & continentis vitæ, etiam ſi vxores habeãt in miniſterio conſtituantur, ita tamẽ vt ſi qui etiam ante interdictum quod per priores ante nos epiſcopos conſtitutum eſt incontinenter cum vxoribus vixerint, presbyteri honore non cumulentur, ſi quis vero ex presbyteris ante interdictum filios ſuos ſuſceperit de presbytero ad (epiſcopum non admittatur.

G II ¶Item placuit, vt pœnitentes non admittantur ad clerum, niſi tantum (ſi neceſſitas, aut vſus exegerit,) inter hoſtiarios deputenť, vel inter lectores, ita vt Euangelia, aut Apoſtolum non legant. Si qui autem ante ordinati ſunt diacones inter ſubdiacones habeantur, ita vt manum non imponant, nec ſacra contingant. Ex eo vero pœnitente dicimus qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus grauiſſimiſq; peccatis publicam pœnitentiam gerens ſub concilio diuino fuerit reconciliatus altario.

H III ¶Item conſtituit ſancta ſynodus, vt lector fidelis ſi viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſed ſemper lector habeatur, aut forte ſubdiaconus.

I IIII ¶Subdiaconus autem defuncta vxore ſi vxorem aliam duxerit ab officio in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter hoſtiarios vel lectores, ita vt Euangelium & Apoſtolum non legat, propterea ne qui Eccleſiæ ſeruierit publicis officijs ſeruire videať, qui vero tertiam (quod nec dicendum eſt) acceperit, abſtentus biennio poſtea inter laicos reconciliatus p (pœnitentiam communicet.

K V ¶Presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel quilibet Eccleſiæ deputatus clericus, ſi intra ciuitatem non fuerit, vel in loco in quo Eccleſia eſt, aut caſtella, aut vici ſunt, aut villæ, ſi ad Eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, ſi caſtigatus per ſatisfactionem veniam ab epiſcopo voluit promereri.

L VI ¶Itemq; puella dei nec familiaritatẽ habeat cum confeſſore, aut cum quolibet laico ſanguinis alieni, aut conuiuium ſola adeat, niſi vbi ſeniorum, aut honeſtorum, aut viduarum honeſtarumq; frequentia, vbi honeſte confeſſor quilibet cum plurimorum teſtimonio teſtium conuiuio intereſſe poſſit, cum lectoribus autem in ipſorum domibus non admittendas penitus, nec videndas niſi forte conſanguinea ſoror ſit vel vterina.

M VII ¶Placuit vt ſi quorumcunq; clericorum vxores peccauerint (ne forte licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc poteſtatem præter necem cuſtodiendi, ligandi in domo ſua ad ieiunia ſalutaria non mortifera eas cogentes, ita vt inuicem ſibi clerici pauperes auxilium ferant, ſi ſeruitia non habeant, cum vxoribus autem ipſis quæ peccauerint, nec cibos ſumant, niſi forte ad timorem dei acta pœnitentia reuertantur.

N VIII ¶Si quis poſt baptiſmũ militauerit, & chlamydem ſumpſerit, aut cingulum ad necãdos fideles, etiã ſi grauia non admiſerit, ſi ad ad cleꝝ admiſſus fuerit diaconi nõ accipiat dignitatẽ.

O IX ¶Nulla profeſſa vel vidua abſente epiſcopo vel presbytero in domo ſua antiphonas

cum confeſſore vel ſeruo ſuo faciat, lucernarium vero niſi in eccleſia non legatur, aut ſi lega
tur in villa præſente epiſcopo vel preſbytero vel diacono legatur.

X ¶Clericos, ſiquidem obligati ſint vel pro æquatione, vel de gñe alicuius domus, non A
ordinandos niſi probatę vitę fuerint, & patroni conſenſus acceſſerit.

XI ¶Si quis de potentibus clericũ aut quẽlibet pauperiorẽ, aut religioſum expoliauerit, B
& mandauerit eum ad ſe venire epiſcopus vt audiatur & cõtempſerit, inuicem mox ſcri-
pta percurrant per omnes prouinciæ epiſcopos, & quoſcunq; audire potuerint, vt excõ-
municatus habeatur ipſe donec obediat vt reddat aliena.

XII ¶Item vt liberum nulli clerico ſit diſcedere ab epiſcopo ſuo, & alteri epiſcopo com C
municare, ni forte ei quẽ epiſcopus alius libenter habeat de hæreticorũ ſchiſmate diſceden
tem, & ad fidẽ catholicã reuertẽtem. Si qui autem de catholicis diſceſſerint & cõmunione
eorum, vel palam, vel occulte cum eis qui vel excommunicati ſunt, vel per ſentẽtiam iam
notati fuerint inuenti, habeant illorũ ad quos ire voluerint, etiam in dãnatione conſortiũ.

XIII ¶De his qui intrant in eccleſiã, & apprehenduntur nunquàm communicare ad- D
moneantur. Quod ſi non commuicant, ad pœnitentiam accedant, ſi communicant, non
ſemper abſtineant, ſi non fecerint, abſtineantur.

XIIII. ¶Si quis aũt acceptã à ſacerdote Euchariſtiã nõ ſumpſerit, velut ſacrilegus ꝑpellat. E

XV ¶Si quis laicus abſtinetur ad domũ eius, vel clericorũ, vel religioſorũ, nullus acce- F
dat, ſimiliter & clericus, ſi abſtinetur, à clericis deuitetur, ſi quis cum illo colloqui, aut con-
uiuari fuerit deprehẽſus, etiã ipſe abſtineatur, ſed hoc pertineat ad eos clericos qui eiꝰ ſunt
epi, & ad oẽs qui cõmoniti fuerint de eo qui abſtinetur, ſiue laico q̊libet ſiue clerico.

XVI ¶Deuotam peccantẽ non recipiendã in eccleſiã niſi peccare deſierit, & ſi deſinens G
egerit aptam pœnitẽtiam decem annis recipiat communionẽ, priusq̃ autem in eccleſiam
admittatur adorationẽ ad nullius conuiuium chriſtianæ mulieris accedat, quod ſi admiſſa
fuerit, etiam hæc quæ eam receperit habeatur in abſentia, corruptorẽ etiam par pœna cõ-
ſtringat. Quæ autem maritum acceperit non admittatur ad pœnitẽtiam, niſi adhuc ip̄o vi
uente marito caſte viuere ceperit, aut poſtquàm ipſe deceſſerit.

XVII ¶Si quis habẽs vxorẽ fidelis, ſi concubinam habeat nõ communicet. Cæterum is H
qui non habet vxorẽ & pro vxore concubinam habet à cõmunione non repellatur, tamen
vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ, vt ei placuerit ſit coniunctione cõtentus, a-
lias vero viuens abijciatur, donec deſinat & ad pœnitẽtiam reuertatur.

XVIII ¶Si qua vidua epiſcopi aut preſ byteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus I
clericus, nulla religioſa cum ea conuiuium ſumat, nunquàm communicet, moriẽti tãtum
ei ſacramentum ſubueniat.

XIX ¶Ep̄i vel p̄br̄i ſiue diaconi filia, ſi deuota fuerit & peccauerit, & maritum duxerit, K
ſi eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni, pater ve-
ro cauſas in concilio nouerit ſe præſtaturum. Mulier autẽ non admittatur ad communio-
nem, niſi marito defuncto egerit pœnitẽtiam, ſi autem viuente eo ſeceſſerit & pœnituerit,
nullo modo niſi vitæ deficiẽs accipiat communionẽ.

XX ¶Quãuis pene vbiq; cuſtodiatur, vt abſq; ep̄o chriſma nemo cõficiat, tamẽ quia in L
aliquibus locis vel ꝓuincijs p̄br̄i dicuntur chriſma cõficere, placuit ex hac die nullum aliũ
niſi ep̄m chriſma cõficere, & ꝑ diocœſim deſtinare, ita vt de ſingulis eccleſiis ad epiſcopum
ante diẽ paſchæ diaconi deſtinẽtur, aut ſubdiaconi qui cõfectũ chriſma ab ep̄o deſtinatum
ad diẽ paſchæ poſſint ad tẽpus deferre. Epiſcopo ſane certũ ẽ quod om̄i tẽpore licet chriſ-
ma cõficere, ſine conſciẽtia autem ep̄i nihil penitus preſbyteri agere præſumant. Statutũ
vero eſt diaconum non chriſmare, ſed p̄br̄m abſente epiſcopo, præſente vero nõ, niſi ab
ipſo fuerit p̄ceptũ. Hm̃oi conſtitutionẽ meminerit ſemꝑ archidiaconus vel præſentibus
vel abſentibus ep̄is ſuggerendam, vt eam & ep̄i cuſtodiant, & preſbyteri non relinquant.
Patronus epiſcopus ſubſcripſi, Marcellus ep̄s ſubſcripſi, Afrodiſius ep̄s ſubſcripſi, Alicianꝰ
epiſcopus ſubſcripſi, Olimpius epũs ſubſcripſi, Aſterius ep̄s ſubſcripſi, Lampadius epiſco-
pus ſubſcripſi, Serenus epiſcopus ſub. Iocundus ep̄s ſubſcripſi, Seuerus ep̄s ſubſcripſi, Leo-
nas epiſcopus ſubſcripſi, Hilarius ep̄s ſubſcripſi, Florus ep̄s ſubſcripſi, Leporius ep̄s ſubſc.
Aurelianus epiſcopus ſubſcripſi, Euſtochius epiſcopus ſubſcripſi, Lampadius epiſcopus
ſubſcripſi, Exuperantius epiſcopus ſubſcripſi.

XXI ¶Regula fidei contra omnes hæreſes quam maxime contra Priſcillianiſtas epiſco M
pi Tarraconenſis Carthaginẽſis Luſitani & Betici fecerunt ex præcepto papæ Leonis, &
ad Balconium epiſcopum Galiciæ tranſmiſerunt. Ipſi etiam & ſupraſcripta viginti cano-
num capitula ſtatuerunt in concilio Toletano.

¶Aſſertio

Concilium Toletanum primum.

¶Aſſertio fidei eiuſdem Conciiij.

N CRedimus in vnum verꝝ deum patrē om̄ipotentē,&filium,& ſpm̄ ſanctum,viſibiliū
factorē,per quē oīa facta ſunt in cœlo & in terra,vnum deū,&vnam eē diuinę ſub-
ſtantiæ trinitatē. Patrē aūt non eſſe filiū ipm̄,ſed habere filiū qui pater nō ſit,filiū nō
eſſe patrē,ſed filiū dei de patris eſſe natura,ſpm̄ quoq; eē paracletū,qui nec pr̄ ſit ipſe,
nec filius,ſed à patre filioq; ꝓcedēs. Eſt ergo ingenitus pr̄,genitus filius,nō genitus paracletus
ſed à patre filioq; procedēs. Pater eſt cuius vox hæc audita eſt de cœlis. Hic eſt filius meus dile
ctus,in quo mihi bene cōplacui,ipm̄ audite. Filius eſt q ait: Ego à patre exiui, & à deo veni in
hunc mundū. Paracletus ē ſpūs de quo filius ait: Niſi ego abiero ad patrē,paracletus nō veniet.
Hanc trinitatē ꝑſonis diſtinctā ſubſtantia vnicā , virtute & ptāte & maieſtate indiuiſibilē in-
differentē,p̄ter hāc nullā credimus diuinā eſſe naturā,vel angeli,vel ſpūs, vel virtutis alicuius
quæ deus credat. Hunc ergo filiū dei deū natū à patre,ante om̄e om̄ino principiū ſanctificaſſe
vterꝝ virginis Mariæ,atq; ex ea verꝝ hoīem ſine virili generatū ſemine ſuſcepiſſe,duabus dūta
xat naturis,id ē,deitatis,& carnis in vnam conueniētibus om̄ino ꝑſonā,id ē,dn̄m nr̄m Ieſum
Chr̄m. Nec imaginariū corpus,aut phantaſmatis alicuius in eo fuiſſe , ſed ſolidū atq; verꝝ hūc
& eſuriſſe,& ſitiſſe,& doluiſſe, & fleuiſſe, & oēs corporis iniurias ꝑtuliſſe. Poſtremo à Iudæis
crucifixum,& ſepultū,&tertia die reſurrexiſſe,conuerſatū poſtmodū cū diſcipulis ſuis,&qua-
drageſima poſt reſurrectionē die ad cœlū aſcēdiſſe. Hunc filiū hoīs etiā filiū dei , & filiū dei &
hoīs filiū appellamus. Reſurrectionē vero futurā humanæ credimus carnis,animā aūt hoīs nō
diuinæ eſſe ſubſtantiæ,aut dei pr̄is,ſed creaturā dei voluntate creatā. Si qs aūt dixerit,aut cre-
diderit à deo om̄ipotēte mundū hunc factū nō fuiſſe,atq; oīa eius inſtrumenta,anathema ſit.
Si qs dixerit vel crediderit filiū eundē eſſe patrē,vel paracletū,anathema ſit. Si qs dixerit atq;
crediderit deū patrē eundē eſſe filiū,vel paracletum, anathema ſit. Si qs dixerit vel crediderit
paracletū eſſe,vel patrē,vel filiū,anathema ſit. Si qs crediderit vel dixerit carnē tm̄ ſine anima
à filio dei fuiſſe ſuſceptā,anathema ſit. Si qs dixerit vl̄ crediderit Chr̄m innaſcibilē eſſe,anathe
ma ſit. Si qs dixerit vel crediderit deitatē naſcibilē eē,anathema ſit. Si qs dixerit vel credide-
rit deitatē Chr̄i cōuertibilē fuiſſe,vel paſſibilē,anathema ſit . Si qs dixerit vel crediderit alterꝝ
deū eē priſcę legis,alterꝝ euāgelioꝝ,anathema ſit. Si qs dixerit vl̄ crediderit ab altero deo mū
dū factū fuiſſe,& nō ab eo,de quo ſcriptū eſt: In principio fecit deꝰ cœlū & terrā,anathema ſit.
Si qs dixerit,vel crediderit corpa humana nō reſurgere poſt mortē,anathema ſit. Si qs dixe-
rit,vel crediderit aīam humanā dei portionē,vel dei eē ſubſtātiam,anathema ſit. Si qs dixerit
vel crediderit alias ſcripturas p̄ter quas eccleſia Catholica recipit in authoritate hūdas vel eſſe
venerandas,anathema ſit. Si qs dixerit vel crediderit deitatis,& carnis vnā in Chr̄o eē naturā
anathema ſit. Si qs dixerit,vel crediderit eſſe aliqd q̄d ſe extra diuinā trinitatē poſſit oſtēdere,
anathema ſit. Si qs aſtrologiæ vel matheſi exiſtimat eē credēdum,anathema ſit. Si qs dixerit,
vel crediderit cōiugia hoīm quæ ſcd̄m legē diuinā licet habere execrabilia eē,anathema ſit. Si
quis dixerit,vel crediderit carnes auiū ſeu pecudū quæ ad eſcā datæ ſunt,nō tm̄ pro caſtigatōe
hoīm abſtinēdas,ſeu execrandas eē,anathema ſit. Si qs in errore Priſcilliani ſectam ſequit,vel
ꝓfitet,vt aliud in ſalubri baptiſmo contra ſedem ſancti Petri faciat,anathema ſit.

¶Explicit regula fidei catholicæ aduerſus Priſcillianiſtas,Patronus ep̄s ſubſcripſi,Marcellia-
nus ep̄s ſubſcripſi,Afridius ep̄s ſubſcripſi, ſancti, & alij ep̄i q interfuerunt Concilio.

Incipiunt capitula concilij ſecundi Toletani.

¶De his quos parentes ab infantia in clericatus officio mancipauerūt, ſi poſtea voluntatem habeant nubendi 1

¶De clerico qui ad aliam tranſit Eccleſiam, & qui eum receperit. 2

¶Vt nullus à ſubdiaconatu & ſupra extraneam habeat mulierem. 3

¶Vt quicquid de iure Eccleſiæ Clerici tenuerunt , poſt obitum eorum ad Eccleſiam reuertatur 4

¶De his qui ſe proximis ſuis copulāt,vt à communione Chriſti ſeparentur. 5

Incipit Concilium Toletanum ſecundum habitum Era. D.LXV. anno quinto Amalrici regis.

O CVM IN VOLVNTATE DOMINI APVD TOLETA-
nam vrbem ſanctorum epiſcoporum præſentia conueniſſet,& de inſtitutis ſan
ctorum patrū canonumq; decretis commemoratio haberetur, nobis in vnum
poſitis placuit,vt ſi qua in antiquis canonibus minime commemorata ſunt ſalu
bri tractatu ac diligēti conſideratione inſtituantur. Si qua vero in anterioribus
ſunt